



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Epiphanio episcopo. Cap[itulum]. clvij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

perunt patruus cum nepote. Post dies modicos dionysius in pace quieuit. Et patriati omnia sua pauperibus erogauit. Deinde se persecutoribus vitroneus offerens christianum se esse dixit. Quem illi tantum Valeriano imperatori presentauerunt. Lunę puerum. xiiij. annorum et filio quondam sibi amicissimi viri condoleret suadebat ei. vt dijs thura poneret. ne mala morte in tanta iuuentute periret. Ille vero contra sacrificare recusans se licet iuuenulum corpore. secum tamē animo esse dicebat. et deum Iouem patricidam et incestuosum cōprobabat. Propter quod Augustus iussit eum via aurelia ducti. et ibidem decollari. Cuius corpus cetera illa senatrix tulit. et in eodem loco cum aromatibus sepeliuit quarto idus maij. Supra cuius tumulum processu temporis a fidelibus ecclesia fabricata fuit. Ad eius quoque sepulchrum. vt ait Gregorius tyronensis si quis falsum iurare voluerit anteq̄ ad cancellum chori perueniat. aut statim a demone captus insanit. aut cadens in pavimentum. protinus vitam perdit. Nunc autem dictum corpus Venerijs in monasterio sancti zacharie quiescere ab eisdem locis oratoribus perhibetur.

De sancto Epiphano episcopo. Cap. clviij.



Epiphanius episcopus

Epiphanius salamine. que ciuitas est in insula Cypriorum temporibus Honorij et Archadij imperatorum floruit. vt dicitur in hystoria tripartita. vir hic summe eruditus scitatis. et elemosynarum largifluus exhibitor. Qui cum omnem substantiam sui episcopatus pauperibus erogaret. et nihil petentibus denegaret. Deficientibus pecunijs economus ecclesie murmurabat. Subitoque eidem vir astrit. saccumque magnum multa plenum pecunia coram eo deposuit. nec tamen quis esset. aut vnde venisset explicauit. et repente discedens nusquam comparuit. Duo pauperes volentes beatum virum arte deludere. vt aliquid eis verius daret. ipso iter agente talem fictionem inuenierunt. vt vnus eorum se supinum in terra prostraret. alter vero ipsum quasi mortuum desceret. et quod se non habere vnde eum sepeliret prederet. sicque Epiphanius necessaria pro exequijs postularet. Cum autem sanctus appropinquasset. et ille lachrymabiliter ab eo subsidium pro tumulando socio petiisset. episcopus illum super morte comitis benignus consolatur et necessaria pro sepultura largitur. Quo discedente dum ille socium vocans pulsaret vt surgeret. quatenus de questu bonum sibi conuulsum prepararent. qui se prius mortuum fingit vere defunctus apparuit. Tunc socius post episcopum curatorem casum ei nunciavit. et de commissio pen-

tentiam egit. Sanctus autem cum defunctum suscitare potuisset noluit. ne tali occasione iniqui domini facile deludantur. Sapientia et doctrine suauis eloquio admodum claruit. Aduersus omnes hereses libros composuit. Atque multa opuscula. que vt Hieronymus dicit ab eruditioribus propter res a simplicioribus propter verba leguntur. Dec Hieronymus de viris illustribus. Qui etiam in pace spiritum bona tradidit senectute. iij. idus maij.

De sancto Dionysio confessor. Cap. clviij.



Dionysius confessor

Dionysius patruus fuit sancti Pancratij martyris. de quo superius dictum est. Qui a beato Cornelio papa sacrificantis vnda perfusus. eodem die quo et nepos pancratius passus est anno scilicet eius martyrius precedente in christi nominis sancta confessio ne feliciter obdormiuit. vt ad in martyologio insinuare videt. videlicet. iij. idus maij.

De festiuitate sancte marie ad martyres Cap. clvii.



Festiuitas sancte marie

ad martyres a Bonifacio papa quarto instituta est propter templi Pantheon Romę dedicationem. Romani enim cum toto orbi dominarentur. non solum omnium prouinciarum simulachra in vrbem habebant. quin portus fere singulis dijs templa singula construxerant. tanquam qui eos ciuitatum prouinciarum victores et dominos effecerant. Sed quia omnia idola templum sibi habere non poterant ad maiorem sue gentilitatis vetane ostentationem vnum templum cereris mirabiliter et sublimius in honorem omnium deorum exererunt. et Pantheon. quod sonat omnes diuocauerunt a pan. quod est omne. et theos deus. Pontifices enim idolorum ad maiorem populis deceptionem fincerunt. quod sibi a cybele quam omnium deorum matrem vocabant fuerat imperatum. vt si de omnibus gentibus vellent victoriam obtinere sibi et filiis suis scilicet dijs omnibus templum magnificum fabricarent. Fundamentum ergo ipse templi sphericum factum. vt ex ipsa forma deorum eternitas demonstraretur. Dentque et pinam eneam deauratam fabricarunt et eam in summitate collocarunt. In qua vt aiunt omnes puencie mirabiliter erant sculpte. Nec autem procedente re inde cecidit. vnde in summitate aperta remansit. Tempore igitur phoce imperatoris. cum iam dudum roma fidem domini percepisset. Bonifacius papa quartus predictum templum a phoca cesare impetrauit. et omnium idolorum eliminata spurcicia. ipsum